



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 10. Lotharingius Cardinalis a Legatis in literis ad Papam datis  
commendatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

ret, quicquid præterea contigisset ante, Sæcul. XVI  
& post Lotharingii Cardinalis adven- A.C. 1562.  
tum.

§. X.

*Lotharingius Cardinalis a Legatis in  
literis ad Papam datis com-  
mendatus.*

Alterum caput, quod Vicecomes sum- *Pallav. t.c.*  
mo Pontifici proponere jubebatur, *num. 4.*  
concernebat relationem eorum, quæ  
Lotharingius hucusque gessisset: ita-  
que Legati in sua epistola Vicecomiti  
tradita hæc narrabant: „haud adeo per-  
timescendus fuisset adventus Lotha-  
ringii Cardinalis, utpote qui locutus  
semper fuit cum plena erga Pontificem,  
Sedemque Apostolicam reverentia:  
in duabus pariter quæstionibus, quæ  
plurimum sollicitudinis ac curæ affere-  
bant, fuerunt illius sententiæ admo-  
dum limitatæ, & moderatæ: præter-  
ea ipse consensit, ut forma a se pro-  
posita vestræ Sanctitati communicare-  
tur, pollicitus, si ea in aliquam difficul-  
tatem offenderet, navaturum se ope-  
ram apud suos, ut eidem satisficeret:  
si ergo exitus initio respondeat, longe  
minorem molestiam ipse inferet, quam  
quæ inficta fuerat non solum ab Hi-  
spanis, sed a nonnullis etiam præfer-  
vidi ingenii Italij: insuper externe  
polli-

**Sæcul. XVI.** "pollicetur multa, internorum autem  
A.C. 1562. "sicuti solus Deus est non falsus cogi-  
 tor, ita solus ipse erit non temerarius  
 "Judex.., His narratis Pontificem ro-  
 gabant, ut ipse scripto super tribus  
 capitibus responso mandatum daret  
 & non modo consilium suggereret, proin  
 nec in ipsorum Legatorum prudentia  
 rem reponeret, prout facere solitus esset.

### §. XI.

*Pontificis mandatum super tribus ca-  
 pitibus a Legatis postulatum.*

**E**x his tribus articulis primum caput  
 erat; an tunc ubi super canone  
 septimo nihil reperiretur, quod singu-  
 lis Patribus satisfaceret, hic a Legatis  
 suppressimendus esset, quo cunque etiam  
 imminentे periculo, cuiusmodi foret,  
 si Hispani tam ardenter illius cupidi-  
 in eo casu se a Sessione abstinerent, nec  
 non etiam, cum in eo argumento tan-  
 conjunctio inter Principes, interque na-  
 tiones Transmontanas cerneretur, res  
 ad dissolutionem, atque ad Schismam  
 adduceretur.

In altero capite interrogabant; an  
 tunc, ubi contingeret in articulo de  
 residentia, Patres retineri amice non  
 posse, ne salebrosam quæstionem in-  
 griderentur, per vim retrahendi esset  
 a legatis, utentibus absoluta potestate  
 sua,

